Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

men ad hunc diſcurſum & hoc; videri Euclidem voce προηγεῖσθαι velle rationem tradere, cur in campo currentem montes non tantum comitari (quod ego ſolum perpenderam) ſed etiam præcurrere videantur. Ita magis popularis fiet origo vocis προηγεῖσθαι.

Ad pag. 413. 20. Ergò nota, quod alia ſit coniunctio vera ſecundum longitudinem, alia coniunctio apparens ſecundum longitudinem, alia denique coniunctio apparens ſecundum propinquitatem maximam. Nam luna in eadem viſibili longitudine cum Sole, non tamen eſt in propinquitate maxima viſibili, niſi ſit planè centralis.

PERORATIO.

Hactenus itaque de viſus deceptionibus egimus; remque per obſeruandi modos & cautiones traductam, penè intra limites libri 4. 5. & 6. in Opere Magno Ptolomæi deuoluimus. Tempus igitur, vt receptui canamus, ne omnia in omnibus.

Cæterùm ſi DEVS vitam viresque mihi prorogarit, libello altero, quam ſiue ſecundam huius Operis partem, ſiue Appendicem dixeris, vſum harum obſeruationum patefaciam; tresque iam nominatos libros Ptolemæi, nouis ingenioſis & iucundiſſimis Problematis ſecundorum mobilium paſſim interpolabo; doceboque breuius & compendioſius, obſeruationibusque paucioribus & facilè comparabilibus eadem inueſtigare, quæ Ptolemæus inueſtigauit. Id tantò magis videtur neceſſarium, quòd Tychonis Brahe Lunaria ſine demonſtrationum apparatu prodierunt, libri Progymnaſmatum forma, vt in eius appendice monitum, rem omnem non niſi intra paucas paginas admittente. Et quia potiſſimus libelli ſcopus erit, inueſtigare magnitudines & interualla trium Corporum, Solis, Lunæ & Terræ, eandem verò materiam Hipparchus, vt ex Theone patet, peculiari libello, cui hic ipſe titulus, eſt perſecutus. Quod igitur fœlix fauſtumque ſit, libello nomen HIPPARCHVS eſto. Vale lector, & conatus meos votis perſequere, memor, quòd

Dimidium facti, qui benè cœpit, habet.